



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ervditione Religiosorvm

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

8. De periculo mundi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](#)

Iust. 14.

batum in munere. Ægyptus percutitur muscarum multitudine. Sapiens. Nihil grauius potest imprecari cuiuis inimico auaritia; quæ in praesenti tormenta patitur, & in futuro æterna supplicia meretur. Ponam Babilonem in possessionem ericij: ut scilicet pungatur ab his quæ possidet, sicut tangens ericum ab eo pungitur. Diuites, amatores temporalium, exterius videntur fœlices: interius tamen sunt miseri. Seneca. Horum qui fœlices vocantur, hilaritas ficta est, & grauis tristitia: eo quidem grauior, quod non licet interdum palam esse miseros: sed inter ærumnas cor ipsum exedentes, necesse est agere fœlicem.

De periculo mundi.

C A P V T VIII.

*Psal. 103.**Osea 4.*

Circa mundi periculum nota, quod mundus est valde periculosus: propter quod mare dicitur. In Psal. Hoc mare magnū & spaciosum. Periculum huius maris, iuxta verbum Bernard. probat transeuntium raritas, & pereuntium multitudo. In mari Marsiliæ, de quatuor nauibus nō perit una. In hoc mari, de quatuor animabus nō saluatur una. Mirabiles elationes huius maris. Nunquam est ibi tranquillitas: incessanter flant ibi venti, & qui in hoc mari perit, eternaliter perit. Quasi locus diluuij est mundus iste: ubi pauci respectu pereuntium saluantur. Maledictum, mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt. Mundus est velut locus pestilens. Declinant sapientes loca pestilentia, maximè quando vel ægrotos, vel ægrotandos se cognoscant.

cognoscunt. Seneca. Non tantum corporibus, Epist. 52. a-
sed etiam moribus locum salubrem eligere de- liquantulō
bemus. Idem. Indubitāter valet ad corrumpen- à prior.
dum vigorem regio. Mundus est locus laqueis
plenus; quos humilitas sola euadit. Antonius vi-
dit omnes laqueos inimici tensos in terra, & in-
gemiscens ait: Quis poterit transire? Et audiuit
vocem dicentem: humilitas. Creaturæ Dei in o-
dium factæ sunt, & in tentationem animæ ho-
minum: & in muscipulam pedibus insipiētum.
Infinitæ sunt causæ pereundi in mundo. Peri-
munt homines & bona & mala, & pluries bona
quām mala, secundum illud Psal. Cadent à late-
re tuo mille: & decem millia à dextris tuis. Oc-
ciduntur homines & ab amicis & ab inimicis.
Alij pereunt amore, alij odio, alij timore. Si non
essent in mundo alia pericula, nisi excommuni-
catorum, detractorum, & mulierum: adhuc ni-
mis multa essent. Vix est aliquis qui à commu-
nicatione excommunicatorum plenè abstineat,
vel à detractione. Super illud: Cum detractori- Sap. 14.
bus nō commiscearis, dicit glossa: hoc vitio pe- Glossa ord.
riclitatur ferè totum genus humanum. Hier. Ef- ad illud:
ficacissimum glutinum ad capiendas animas,
est mulier. Idem: Si fœmina cum viris habitet;
non deerit viscarium diaboli. Ex his enim pri-
mo auspicatum est peccatum. Mundus est sicut
fornax Babilonica, igne infernali succensa. Ideo
multum timenda est homini valde passibili; qui
ad sibilum vnius verbi, accenditur igne iræ; ad
aspectum vnius mulieris, igne luxuriæ: ad intuitum
vnius rei pretiosæ, igne cupiditatis & au-
titiae. Cūm peccatum sit morbus contagiosus;

B 4 fugien-

fugienda est societas malorum. Non est tutum
sano, cum leprosis habitare. Qui tetigerit picem;
inquinabitur ab ea, & qui communicauerit su-
perbo, inducet superbiam. Corrumptunt bonos

Eccles. 13.

1. Corin. 15.

Pro. 13.

Pro. 10.

Eccles. 12.

Eccles. 13.

*Libro 2. de
confid. parvū
& fine.*

mores colloquia prava. Similiter & opera mala.
Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: ami-
cus autem stultorum similis efficietur. Qui vult
ire ad sanctum Iacobum, non ponit se in socie-
tate eorum qui Romanum pergunt. Societas non
ducit, nisi quo vadit: Sic qui vult ire ad parady-
sum, declinare debet societatem eorum qui va-
dunt ad infernum. Fili mi, ne ambules cum eis,
pedes enim eorum ad malum currunt. Noluit
Iacob habere Esau socium itineris. Senec. Con-
uictor delicatus paulatim eneruat & emollit:
malignus comes quamvis candido & simplici
rubiginem suam affricuit. Quis miserebitur ei,
qui comitatur cum viro iniquo? Sicut enim non
est tutum agno habitare cum lupo: ita nec bono
habitare inter malos. Si communicabit lupus
agno aliquando; sic peccator iusto. Philosophus
interrogatus quid esset inimicissimum homini?
Respondit, alter homo. Magis timendum est in-
ter malos venire, quam inter lupos: quantum ad
hoc, quod lupus uno modo laederet: Venienti
vero inter malos, timendum est laedere, & laedi:
& videre, & videri: audire, & audiri: occidere, &
occidi. Videri fuit David occasio & adulterij, &
homicidij. Bernardus, Detrahere aut detrahen-
tem audire: quid horum damnableius, non faci-
le dixerim. Videri est multis occasio, ut bona
sua amittant. Mulieribus formosis videri, est oc-
casio ut concupiscantur: & sollicitatæ fornicen-
tur.

tur. Seneca. Nemo nostrum ferre potest impetu
vitiorum: magno inipetto venientium. Si modi-
cum fermenti totam massam corrumpit, quan-
to magis multum fermenti eam corrumpet? Val-
de difficile est bonis, si sint inter malos, cum ipsi
pauci sint, & habeant ascendere, contraire mul-
titudini malorum, quae quasi infinita est, & im-
petuose descendit. Ideo multum eis necesse est
elongari ab eis. Ne coneris contra iustum fluuij.

2. Corint. 5.

Eccl. 4.

IN CIPIT SECUNDA PARS HVIVS
libri, que tantum continet unum capitulum: in quo
incitat ad gaudendum de mutatione status se-
cularis in statum religionis.

Quem Dei misericordia de mundo edu-
xit, si diligenti consideratione praedicta
attendant, consequens est, ut de commu-
tatione facta non poeniteat, sed valde gaudeat.
Utilis commutatio transeunti de tenebris ad lo-
cum luminis. Dulce lumen, & delectabile ocu-
lis videre solem. Utilis commutatio, cum mun-
dus fallax pro Deo fidelissimo deseritur: cum
bona temporalia modica in breui amittenda,
meliorum impeditiua, pro maximis in eternum
mansuris relinquuntur. Utilis transitus de loco
pressuræ & laboris, ad locum pacis & quietis. In
mundo pressuram habebitis: in me autem pa- *Iean. 16.*
cem. Venite ad me omnes qui laboratis, & one- *Matt. 11.*
rati estis, &c. Non habent pacem amatores mun-
di: qui mala poenæ fugiunt, quæ non effugiunt:
& bona fugientia sequuntur. Utilis transitus à
loco pleno periculis, ad locum securitatis. Qui

B 5

de